

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii *VOX URBIS* possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

LONDON W. — 28, Orchard Street.

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENT.**

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK, 113 w 95th St.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM

LIBRAIRIE VIC ET AMAT

Rue Cassette, II.

INSULS (LILLE)

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

Rue de Metz, 41.

IN HUNGARIA

Apud

G. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

DE DUPLCI LITTERARUM CERTAMINE A COMMENTARIO "Vox Urbis," INDICTO *Vox Urbis.*
LATINAE AMERICAE MADRITENSIS COETUS P. Rossani.

DE SEPTEM VERSIONIBUS LATINIS "CASSANDRAE," SCHILLERIANAE (Symbolum ad historiam poesos neolatinae) F. Palata.
FRIDERICUS MAXIMILIANUS MÜLLER A. Costaggini.
IN NOCTE CHRISTI NATALI PUPERORUM LUSUS VERNACULA VOCE "IL CEPO," Maurus Ricci.
DE ANNO QUO NATUS EST CHRISTUS P. A. M. Rovitti.
DE BETHLEEM URBE AC DE "CRYPTA NATIVITATIS" A. Crivelli.
CUNAM URBIS INCENDIUM TRIBUENDUM QUOD NERONE NUM DICITUR G. P. - C. Pascal
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE P. Angelini.
PRO ELEPHANTIBUS A. L.
ANNALES Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS Scriba.
LIBRORUM RECESIO A. B.
AENIGMATA A. Morchio.

In tercia operculi pagina:
PER ORBEM Viator.
VARIA: Arbores celeberrimae - Exiguis libris bibliotheca ingens - Ioci. P. d. V. - I. Battanius.
EPISTOLARUM COMMERCIIUM A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCC

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS **Commentarii VOX URBI** ANNO MCMI

Premium annuae subnotationis est: in Italia Lib. **10**;
ubique extra Italiam Lib. **15**; M. **12**; Sch. **12**; Doll. **3**; Rubl. **6**; Flor. **7 $\frac{1}{2}$**
recto tramite mittendum
ad **Aristidem Leonori** equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem
ROMA - Via Alessandrina, 87

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

I. - Qui nomen commentario dederit premiumque subnotationis sive diribitoria chartula, sive credita et commendata epistola recto tramite miserit uti supra, pridie kalendas Octobres an. M CMI **praemium sortietur, quod ad provehenda studia dicitur.** Idem tot aureis nummis constabit, quot

Summam Mille Libellarum
(**1000 francs**)

aequent.

II. - Qui e sociis chartulam, quam ad hoc accipiet, remiserit suo ac duorum e sociis novis subscriptam nominibus, pro duobus tantummodo commentariis solvet premium; tertium dono habebit; atque tamen tria nomina in urna ad praemium consequendum versabuntur.

III. - Qui cito subnotationis premium mittet, a die creditae diribitorio pecuniae numeros commentarii accipiet usque ad expletum annum MCMI.

In Ital.
Lib. 15.

DE DUPLICI
A COMMENTARIIS

MENSIS Ianuarii
constituta
qui duplicis litterarum
participes esse
potum ne a discimus
venturum iure
opuscula ad trans
ferrent sententias
dam, eadem co
viri sunt: PETRUS
tradendis in aula
doctor latinis er
mano lyceo, cui
LIX RAMORINO,
in athenaeo Flaminio
Opuscula a
tur. Carmen ad
proposita « Littera
gaudia », haec

1. Vivat Iherusalem
2. Amoto
3. Deus noster
4. Theca
5. Labora
6. ... and
laus erit

Solutae den
quid narraret a
Magni et ultim
recuperandas r
morte sacravit
inscriptio :

Non enim ill
sed quamlibet in
evagandi sibi v

LATINAE A

CUBANO bellum
nem doluerunt p
profecto historie
vectas aetatem,
Non id tamen n
erroris Iberos per
libertatis sua m
pervicaci respu
ventum est; be
perati, quae tot
republicae occ

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS: In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam: Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.	BIS IN MENSE PRODIT	POSSESSOR ET ADMINISTRATOR: ARISTIDES LEONORI, eques. ROMAE — Via Alessandrina, 87.
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------

DE DUPLICI LITTERARUM CERTAMINE
A COMMENTARIO VOX URBIS INDICTO

MENSIS iam effluxit a die, quem fatalem constituimus ad scripta eorum mittenda, qui duplicit litterarum certaminis a nobis indicti participes esse vellent. Itaque nullum aliud scriptum ne a dissitissimis quidem regionibus peruenturum iure existimantes, delectis iudicibus, qui opuscula ad trutinam vocarent suamque scripto ferrent sententiam in commentario nostro edendam, eadem commisimus. Qui quidem clarissimi viri sunt: PETRUS ANGELINI, doctor latinis litteris tradendis in athenaeo Leoniano, ANTONIUS CIMA, doctor latinis et graecis litteris tradendis in Romano lyceo, cui nomen ab Humberto I rege, FELIX RAMORINO, doctor latinis litteris tradendis in athenaeo Florentino.

Opuscula autem exhibent dicta quae sequuntur. Carmen ad instar Horatiani sermonis, cui res proposita «Litteratorum hominum aerumnae et gaudia», haec habet:

1. *Vivat Vox Urbis reginae totius orbis!*
2. *Amoto quaeramus seria ludo.*
3. *Deus nobis haec otia fecit.*
4. *Theca ne detegit?*
5. *Laboravi fidenter.*
6. *... audacia certe laus erit.*

Solutae denique ex historia orationi, quae «aliquid narraret actum inter imperium Constantini Magni et ultimum christiana gentis conatum ad recuperandas regiones, quas Christus vita sua et morte sacravit», uni ad nos missae, haec legitur inscriptio :

Non enim ibi consistunt exempla unde coepérunt; sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt.

Vox Urbis.

LATINAE AMERICAE MADRITENSIS COETUS

CUBANO bello tam infeliciter confecto, Ibericae fortunae nullam proxime futuram redintegratiō nem doluerunt plures latino e sanguine orti. Vicerant profecto historica fata, quae colonias ad multam provectas aetatem, ut in libertatem sese vindicent, cogunt. Non id tamen magis videbatur flendum, sed diurni erroris Iberos poenam luisse. Arbitrium enim Cubanæ libertatis sua manu condenda non bis nec semel pervicaci responderant consilio, quo ad arma ventum est; bello autem ab Americanis aemulis superati, quae toties oblata fuerat constituenda novae reipublicae occasio, eam subripi sibi viderunt: ter-

ram latino foecundatam sanguine in aliorum dictio- nēm cedere, Ibericum nomen, quod alias retinuis- set, amittere.

Sed tantae cladi prospexit Superum consilia iam dicere possumus, quibus fit ut bona e malis passim, exque morte vita eruatur. Concaluit magis quam veteris dominationis odium recentisque adeptae libertatis gaudium patrii sermonis et nominis caritas. Eos inter enim qui Madritum undique e meridionali America his diebus convenerunt, Cubae insulae legatus, servitutis oblitus, sanguinis et originis tantum memor, non defuit. Iamque laetissimum conspicu fuit, quotquot inferioris Americae per horas Ibero sanguine respublicae virent, antiqua invitante patria, suos misse filios, ut consertis manibus communī rei consularent. Augetur quinimum Italii nobis exultatio, qui probe scimus quanta frequentia veteris Ausoniae filii Ibericas illas ad gentes quotannis migrant, quantoque eorum labore arva commerciaque proiecta sint. Propitium equidem fatum, quo populi inter se cognati tantaque corporis animique, morumque similitudine devincti, in novis illis condendis civitatis commisceantur.

His itaque coimitis consilium, quod a multo iam tempore suscepisse Iberos oportuerat, tandem initum est. Dum enim Angli, quibus nulla ditior in orbe gens, id conantur, ut suas colonias, soluta maxime in libertate viventes, in unum cogant imperium, cuius opibus Anglicum nomen, ut Romana olim potentia, terras et maria dominetur; dum Germani pervadunt ubique labore et audacia gentium commercia, imminetque ex utroque conatu ceteris populis ultima eversio, Latini generis populos nil contra cavere stultum sit.

Mox iamque audivimus, fracta vix Iberorum fortuna, quanta undique resonuerint propheta carmina de latino semine extremo delendo. Vidimus in mari interno, quo litora nostra pulsantur, si Gallos excipias, omnium adesse vires et naves, praeterquam latinas. Angli a Gaditanis ibericis portis ad Erythraeum fretum, per Melitensem italicam insulam, per Aegyptum omne litus dominantur, Mauritaniam, Europaeo adiugio expertem, Angli ipsi, et Germani et Russi quoque petunt, Tripolitani regis arma Germani instruant, qui ceterum per minorem Asiam pecuniae causa peragrantes, barbarorum regem amico praesidio multis iam ab annis fulciunt. In America denique Nordicae foederatae civitates commerciorum omnium ut summa capiant contendunt, navigiis Antillarum mare persulant, atque ad renascentes illas discordias sedandas, quibus populi passim sese obtrectant, minis vel auctoritate, dum arbitrium patet, concurrunt.

Quae quidem si renovarentur discordiae, periculum in mora ipsi Mexicanii legati ad Madritenses socios denunciarunt; sed prostare adhuc propiciandae saluti tempus simul edixerunt. Quo pro-

posito initum a Campos Salles, Brasiliae praeside, iter, optime sane Madritensis conventus sequutus est. Non agitur ferme de imperio Iberis restituendo, quod Carolo V imperatore et Philippo IV rege maximum totius orbis habuere, sed, foecundiore consilio, ut Latinarum gentium fatis ipsae consulant.

Damus equidem ignitam indolem, qua praediti sumus, civili prudentia aliquando carere, fatemur pecuniariam apud nos vim non eamdem esse quam apud aemulos. At, hercle, sunt nobis etiam late diffusae per Americanas illas terras geminae gentes, patria caritate fervidae, multitudine frequentissimae, labore operosae. Ecquis Latinis tot populis sacro sanguinis vinculo sociatis, pro sua libertate adlaborantibus, sua iura armis tuentibus audebit obsistere?

P. ROSSANI.

Contigit interdum ut de rebus publicis, quod solemus generaliter, disserentes, socii cuiuspiam mentem turbaremus, res haud suis civiumque suorum optatis consonas legitent. Volumus itaque id soci nostri recognoscere, *Vocem* hanc nostram suapte natura per orbem universum diffundi, eaque ad disserendum ubique terrarum uti scriptores, quibus, datis legibus, et nomine et auctoritate, quin etiam ob argumentorum copiam, quae magis variū efficit commentarium, libertas quaedam dicendi concedenda est. Neque enim ullius parti inservimus; sed unius scientiae, sive in litteris sive in bonis artibus omnibus, sumus studiosi. Quo etiam fit ut si quis contra animadvertenda habuerit et scriptis mandaverit, haec nos, dummodo a proposito et humanitate longe non abeant, in commentario libenter edamus. — v. u.

~~~~~

## DE SEPTEM VERSIONIBUS LATINIS

“CASSANDRAE,, SCHILLERIANAE<sup>(1)</sup>

(SYMBOLUM AD HISTORIAM POESEOS NEOLATINAE).

a) Feuerlein in Schilleri carminibus latine reddendis omnino utebatur antiquorum poetarum metris, quibus interdum etiam materiam a veterum sentiendi loquendique more prorsus abhorrentem scite subigebat, ut multorum laudem ac plausum meruerit. Si quid ei haud bene cessit, id operis difficultati est tribuendum: sollertia autem interpreti nemo, qui quidem sine ira et studio iudicet, abjudicabit (2). In *Cassandra* convertenda eam ingressus est Feuerlein viam, ut singulas strophas Schillerianas ternis distichis elegiacis exprimeret. Hanc securus rationem facere non potuit, quin passim prolixius ac verbosius poetae sententias circumscriberet multisque additamentis dilataret. Hoc vero vitium compensavit dicendi genere perspicuo ac sine ullis salebris fluenti et versuum — si paucissimos excipit nativa elegancia, quibus virtutibus efficit, ut versio commode legatur legentiumque blandiatur animis et auribus.

b) Echtermeyer similem securus est in *Cassandra* vertenda rationem; atqui singulas strophas poetae Germani binis tantum distichis elegiacis includebat

(1) Cfr. num. sup.

(2) In iuste laudibus eius obtrectabant rivales: Seyffert et Fuss.

(excepta str. 6, quam tribus distichis expressit). Sic effugit ille quidem verbositatem, sed passim incidit in vitium contrarium - obscuritatem - velut in v. 41 et 42:

*Inter ego crescens lacrimas sum passa, quod unquam  
Triste meis cecidit, pectus et ipsa meum.*

Versus Echtermeyeri ad normam veterum poetarum rite exacti sunt, nisi quod in v. 34 in prosodiam peccatum est (*ōracle*). — Si orationis habitum et colorem spectamus, in universum dicere licet versionem longius quidem discedere a verbis archetypis, at spiritum reddere ingenuae ac germanae poeseos romanae.

c) Fuss plerumque habetur princeps poetarum neolatinorum saec. xix. Et multa ille quidem latine scripsit carmina propria et multa poetarum alienigenarum latine reddidit cum metris antiquis tum versibus homoeoteleutis: verumenimvero saepius oblitus Horatiani illius effati: « nonum prematur in annum », limae laborem detrectabat. Qua re factum est, ut in eius poesi lectores saepius offenduntur versibus duriusculis aut obscuris.

*Cassandram* Schillerianam convertit Fuss versibus homoeoteleutis, metro archetypi retento. Sunt quidem, quae in versione niteant, velut str. 7:

*Quod non valeo mutare;  
Quare mibi cernitur?  
Quod fatale, nescit stare,  
Nec tremendum vertitur...*

at - sicut in aliis carminibus Fussianis - ita etiam hic deprehendimus versus obscuritate quadam laborantes salebrisque quibusdam impeditos, quorum sensum sine archetypo vix licet enucleare, velut in str. 13:

*Mibi quoque suspiranti,  
Vidi, cor quem flagitat,  
Pulcris oculis amanti  
Flamma mitis emicat...*

et alibi. Asperitatem haud levem id quoque addit carmini, quod fines versuum non satis apte congruunt, velut: *Pergama ~ atria, ludibrio ~ animo, fugere ~ Pythice, praesentia ~ perfida, extero ~ impleo*. Plus igitur laboris impendisset vellem Fuss versioni perpolianda. Pro sua linguae latinae scientia quin opus omnibus partibus ac numeris absolutum proferre potuerit, equidem nullus dubito.

d) Eidenbenzio metro sapphico visum est reddere *Cassandram*. Quod haud ita feliciter ei cessit. Cum singulis strophas poetae binis strophis sapphicis verteret, in molestam verbositatem incidit, quam nullis compensare sciebat virtutibus. Iusto saepius versuum lacunas languidis expletiv epithetis et coniunctionibus ad nauseam coacervatis. Nec satis diligenter elocutioni navavit operam, ut imprimis arquit str. 5: (*pectus*)... *ibat in lauros nemoresque* (!) *Phoebi ore tacente*. Adde quod passim in prosodiam quoque peccavit (*vates, gladium*) et caesuram vel saepissime neglexit (cf. str. 8. v. 3: *moenibus nunc perniciies propinquet*). Melius igitur famae suea consulisset Eidenbenz, si hanc versionem flammis quam typis mandare maluisset.

e) Svoboda - Fussii potissimum ductus auctoritate, cuius in praefatione opusculi sui mentionem facit - metrum archetypi retinuit. Eius versio liberius quidem persegitur sententias poetae: at - sive spectas versuum compositionem et artem, sive orationis vere poeticae perspicuitatem gratamque venustatem - longe superat versionem Fussii. Svoboda omnino sollertissimis atque elegantissimis poetis neolatinis est adnumerandus, ita ut iure doleamus eius memoriam in oblivionem incidisse. *Cassandram* red-

dens tantam probavit versificationis latinae facultatem, ut vel severissimo censori vix ullam ansam praebat exprobrandi (nisi quis forte offenditur acc. Aeacidem). En specimina eius artis:

[Str. 4.] *Sola ego cogor flere,*

*Fuco falli nescia,*

*Patriae nam imminere*

*Video excidia.*

[Str. 16.] *Eris angues quassans frendet,*

*Dii cedunt Illo,*

*Nubes super urbe pendet*

*Gravida exitio.*

f) Post multorum annorum intercedinem *Cassandra* latinitate donavit (a. 1885) Reinstorff eandem ac Svoboda secutus convertendi normam. In universum accuratius ille quidem exprimit exemplar Germanicum quam interpres, de quo modo mentionem fecimus: elocutione vero et arte rhythmica paulo est inferior. Studio, verba poetae anxie pre-mendi, iusto plus indulgens vim affert interdum - quamvis haud saepe - ingenio linguae latinae, velut in str. 8: *Vita solum est errare Atque mors scientia;* ibid.: *Male tuam veritatem Fert mortale vasculum;* in str. 13: *Vultus amatoris fidi Pulcher, ardens supplicat et alibi.* Etiam magis offendunt legentem male congruentes fines versuum: *atria ~ aurea, proelio ~ Priamo, laetitia ~ composita, ludibrio ~ aufero, derisui ~ impari, vertere ~ inevitabile, misere ~ recipe, amoribus ~ animus, condecorat ~ perspiciat, praedico ~ optimo, subito ~ nescio, rigida ~ patria, limine ~ Thetide.* Sed, quamvis parvulis his asperga maculis, versionem iucunde legitur et iure commendari potest poeseos neolatinae fautoribus.

g) Eodem anno in apricum prodit Strehlke et novam versionem proposuit litterarum antiquarum amicis. Metrum archetypi et ipse retinuit, versus pangens homoeoteleutos. At non videtur extremam manum imposuisse operi aliquo laudando. Hinc explicandae sunt asperitates quaedam, quibus elocutio laborat, velut in str. 9:

*Redde tempori me suavi*

*Et priorem animum;*

in str. 13:

*Mibi quoque praeberetur,*

*Pectus quem desiderat;*

*Ignem oculis fateatur,*

*Quem cupidus concitat;*

in str. 14:

*Assurgunt umbrae pallentes*

*Contra me Proserpinæ*

*Undique se inferentes*

*Vicorum (?) ut mortuæ.*

Accedit quod numerum trochaicum in multis versibus desideramus (velut: *Ad sèdes sanctas déorum*) et duris offendimur synizeseos exemplis (velut: *Quidnam iuvat praenuntiare*). Nec fines versuum semper quadratus (cf. *agmina ~ sacraria, praedican ~ praecupat, ludibrio ~ Pythico, cupida ~ fatalia* al.). Num in recentiore editione opusculi sui, quam interpres nuper adornavit, carmen peroliverit et in concinno formam redegerit, ignoro.

Iam vero quo facilius perspicere possint legentes, quam diversas rationes septem illi interpres sequuntur et quam propitiam expertus sit Minervam eorum unusquisque, stropham carminis septimam septies conversam hic exscribo.

a) Feuerlein:

*Ardentem video taedam, sed subdola taeda*

*Non ardet digitis, o Hymenæe, tuis.*

*Ad cælum video surgentia nubila fumi,*

*Sed non mittit eum victimæ adusta foco.*

*Festa parant laeti, sed et audit praescia mens iam*

*Numinis adventum, quod sacra turbat atrox.*

b) Echtermeyer:

*Ab! video rutilare facem, sed non Hymenæi,*

*Nec quæ turicremo surgit ad astra foco;*

*Et festos video ludos, sed et audio corde*

*Gaudia ruptum iam properare deum.*

c) Eidenbenz:

*El facem flammæ video flagrantem,*

*At tenet quam non Hymenæa dextra,*

*Migrat in nubes, video, sed aerae*

*Non sacer ignis.*

*Festa iam laetos video parantes,*

*Praescio gressus animo futuros*

*Audio Divi; misere caduca*

*Gaudia rumpet.*

d) Fuss:

*Taedam cerno non vibrantem*

*Hymenæi manibus,*

*Fumum cerno non rotantem*

*Festis ab altaribus,*

*Festa video parari,*

*Deum iam sed audiit*

*Mens praesagiens grassari,*

*Qui lamentis dirimit.*

e) Svoboda:

*Faces video ardentes,*

*Quas non Hymen agitat,*

*Nubes flammæ reluentes,*

*Quae non aris crepitat,*

*Laetum vocans Hymenæum*

*Turba gestit effera,*

*Sed praesaga cerno Deum*

*Haec ruptum foedera.*

f) Reinstorff:

*Facem video fulgentem,*

*Non in manu Hymenis,*

*Fumum aethera petentem*

*Non ex sacrificis.*

*Festa video parari,*

*Sed iam mente praescia*

*Deum audio grassari,*

*Qui disturbat gaudia.*

g) Strehlke:

*Facem video flagrantem,*

*Quam non Hymen praecutit,*

*Et vaporem provolantem,*

*Sacro qui disconvenit.*

*Cerno nuptias parari,*

*Sed venturi praescia*

*Deum quoque iam grassari,*

*Qui rumpit connubia.*

Restat, ut quae ratio mutua intercedat inter has versiones *Cassandrae* Schillerianae, inquiramus. Quin plerique interpretum versiones antiquiores cognitas habuerint, nullum est dubium: etenim Eidenbenz in praefatione opusculi sui mentionem facit Feuerleinii, Svoboda Fussii; Fuss in annotationibus operis supra laudati commemorat Echtermeyerum, Feuerleinum, aliasque. Nihilominus non licet eruere manifesta vestigia, quibus probari possit interpretes posteriores exempla antiquiora in usum suum convertisse. Si quid simile in versionibus invenitur, id argumenti paritati puto tribendum. In universum autem contendere audeo unamquamque versionem suo prorsus deberi auctori nec quidquam aliunde esse mutuatam.

Ser. Pragae Bohemorum.

FR. PALATA.

Pauci ex multis sunt amici homini, qui certi.

(PLAUT. Pseud.).

FRIDI

VIR

min

ortum

batus,

coniunct

enutritus

nomen

rum ling

disciplina

et viges

ritiae fru

fabellaru

se redditu

Lutetiae

a. MDCCXC

sorum Lo

eius patro

dorum lib

committe

ab anno

in lucem

MDCCXCII

milianus i

storiam di

of ancient

Sed al

transegit,

storiam et

fuit. Ab an

de sermon

nuit usq

nibus eru

daret suisq

Sacred Boo

Comple

serie diges

## FRIDERICUS MAXIMILIANUS MÜLLER

**V**IR Oxfordii recens magno cum litteratorum hominum fletu vita functus, Dessau, in Germanis, ortum duxerat a. MDCCXXIII. Puer, parentibus orbatus, a Carus doctore, quem sibi consanguinitate coniunctum habebat, Lipsiae receptus est domi atque enutritus. Ibi etiam maiora studia amplexus, athenaeo nomen dedit, ut in philosophiae, philologiae et Indorum linguae studium praesertim incumberet, cuius disciplinae Hermannum Brockaus magistrum habuit, et vigesimum primum vix agens annum suum peritiae fructum edidit *Hilopadea* librum, Indicarum fabellarum vetus florilegium, germanica lingua a se redditum. Berolini deinde Franciscum Boppium, Lutetiae Parisiorum Eugenium Burnouf audivit, et a. MDCCXLVI Angliam petiit. Bunsen, dynastae Borussorum Londini legatum, amicitia cum sibi devinxisset, eius patrocinio impetravit, ut *Rigveda* celeberrimi Indorum libri, quae tunc parabatur, editio sibi curanda committeretur. Opus itaque sex in volumina divisum ab anno MDCCXLIX ad annum MDCCCLXXIV primum in lucem prodiit, atque deinceps ann. MDCCCLXXXIX-MDCCXCII iterum impressum est. Haec cum Maximilianus ille curaret, de veteris Indorum litteris historiam dissertationesque nonnullas parabat (*History of ancient Sanscrit Literature*).

Sed ab anno MDCCCL Oxfordii plerumque vitam transegit, cuius in athenaeo recentium sermonum historiam et litteras docuit et Bodleiana a bibliotheca fuit. Ab anno autem MDCCCLXVIII constitutam ad rem de sermonibus inter se comparandis cathedralm tenuit usque ad annum MDCCCLXXV, quo anno a iuvenibus erudiendis recessit, ut studiis acrius operam daret suisque libris praecipue edendis, quos inscripsit *Sacred Books of the East*.

Complectitur hoc opus, quinquaginta voluminibus serie digestum, praecipuos Orientalium sacros libros, addita cuique anglica lingua interpretatione. Alia vero eaque plura descripsit de religionum disciplina; sed famam Müllerio potissime compararunt quae de linguarum investigatione deduxit (1).

Ex quibus satis est cuique aestimandum quam varia et foecunda scriptoris opera exstiterit; verumtamen neminem obliisci oportet, Germanum et Anglum virum de religionibus praesertim dissidentem, non modo haereticum, sed etiam rationalistae ritus et modos fuisse amplexatum; idcirco quae de christiana religione attigerit, ad hauriendam veritatem non impune legi.

Sed tamen non est infinitandum Müllerium hunc inter celeberrimos nostrae aetatis viros recenseri debere; neque Boppium, neque Mommsenium, nec Bunsen, nec Virchowium, licet eo forte doctiores, eamdem sortem apud omnes nactos fuisse, quamvis Indorum disciplinae studiosi plura saepe eius in operibus animadvertisserint, reprobassent. Sunt enim Böthlingk, Roth, Bühler, Weber Indicarum rerum notitia ipso praestantiores, sunt et in sermonum doctrina multi qui nostro antecellant; ea denique quae tam fuisse circa religiones ille disseruit parvi plerumque hodie habentur.

Ecqua igitur tanti nominis causa? Assentior L. von Schröder doctori (2), fuisse in eo scribendi et loquendi tantam venustatem, quantam nullus adhuc harum disciplinarum cultor vel comptiorem vel elegantiorem adhibuisse. Lenocinia, lepores, gratia-

(1) *Lectures on the science of language* (Londini, 1861) — *Essay on comparative Mythology; Chips from a German workshop* (1867-1875) — *Selected Essays* (1881).

(2) Cfr. comm. *Die Zeit*, die III elapsi mensis Novembbris.

## IN NOCTE CHRISTI NATALI

## PUERORUM LUSUS

VERNACULA VOCE "IL CEppo"

*Currite iam, pueri; pueri, iam currite laeti;  
Musco exornatus frondeque Cippus adest.  
Cippus arundineus, ternam cui vertice ab uno  
Dant calamis faciem tres, totidemque pedes.  
Currite iam, pueri; licet hinc pendentia cuique  
Carpere mala, pyris sese onerare licet.  
Hic panis piperatus adest, quo dulcior inter  
Quas mittunt Senae, nulla placenta venit.  
Olli frons ridet pulcris depicta figuris:  
Aspice has oculis, at procul esto manus.  
Sunt in mirificis efficta et sacchara formis,  
Quae fungos referunt folliculosque fabae.  
Nec non castaneae, modicis aut ignibus ustae,  
Aut olla elixae cum bene servet aqua.  
Accipietis equum mellitum; hinnire volentem  
Eia agite, o pueri, dentibus arripite.  
Illum seu potius, reliqua et bellaria cuncta,  
Quot vobis Cippus praemia lacta dedit,  
In pera accipiunt miseri, quos omnium egenos  
Frigora discruciant, et malesuada fames.  
Sic pia nox vobis, Christus qua nascitur infans,  
His meliora iocis dona beata feret.*

Ex scriptis MAURI RICCI.



rum musarumque dona ita ipsi praesto erant, ut audentes vel legentes eius ex ore, atque, dicam, ex calamio penderent. Quamobrem studia sibi dilecta ut maxime vulgarentur unus ipse effecit, utque iuvenibus compluribus, aridis eorum difficultatibus spretis, grata fierent, ut denique latissime et praevalide doctrinarum huiusmodi progressum ille iuverit. Hanc itaque facilem disertamque evulgandae doctrinae facultatem cum Fridericus noster firma cultura assidue studiis cumulasset, praecipua tot merita, nulli hactenus tribuenda, lucratus est nomenque altissimum assequutus. Proinde non iniuria laus illi tribuenda, tum venustissimi scriptoris, tum oratoris boni, qui primus sermonum veterum Indicarumque rerum investigationes callido stilo pulcherrima veste induerit, vulgaverit, delectabiles cuique reddiderit.

A. COSTAGGINI.

## DE ANNO QUO NATUS EST CHRISTUS

**N**on dubito fore plerosque, qui hoc disquisitionis genus mihi gravissimum putent, immo periculosae plenum aleae, praesertim cum tot homines eruditissimi vel ancipes, vel inter se discrepantes de re disseruerint, quibus ego neque auctoritate, neque ingenio, neque eruditione sim comparandus. Quorum volumina cum saepe volutassem, haerebam

incertus, ac dubius eo angebar, ut sepositis libris, quos Bernardus Lamy, Zampinius, curante Vito Fornario, Curcius, Arosius, Patritius grandi Minerva scripserunt, potius nemini assentiri voluerim, quam de quovis eorum acerbiori sententia iudicare. Haec olim, haec iam inde. Sed nuperrimis mensibus (idibus Iuniis) cum Evangelia, sicut meus est mos, versarem prae manibus, ut, forte aperiens, ad recreandum ac reficiendum animum lectione fruerer, verba legenti occurserunt, quae universa non quaerenti aperuere. Haec itaque opportuna et superabundantia, ut opinor, ad rem dirimendam, fide bona et propono et narro, profecto laetus si quid attulero, quod bonum sit, ac scientiae et chronologiae benevertat.

Verum hic ante limina fateor invenisse me consentientem Benigno Bossuet de *Historia Universalis* disserenti. Cuius opus, quasi victricibus decoratum laureis, par iter suscipit, quod olim Thucydidi visum est, visum Polybio, uti de fastis omnibus ac nefastis, ratione temporum dispositis, digestisque, enumeratio certa haberetur. At neque ille punctum omne tulit; nam decursu operis et quasi « currente rota » plura concedit iis, qui dissentiant, minime concedenda; quo factum est ut, quae amphora cepta sit confici, in urceum denique manu figuli contraheretur.

Nostri aedificii Lucas Evangelista ac Suetonius quasi angulares lapides habeantur. Et primus quidem, Evangelii sui capite tertio, ista narrat: « Anno quintodecimo imperii Tiberii Caesaris... (Ioannes



Bethleem urbis prospectus.

Baptist<sup>1)</sup>) venit in regionem Iordanis praedicans baptismum poenitentiae... Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus; et Iesu baptizato et orante apertum est caelum... Et ipse Iesu erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph».

Haec ita clara sunt et aperta, ut nemini dubium esse possit de trigesimo illo ineunte anno, ac de anni huic concordantia et congruentia cum anno quindecimo imperantis Tiberii. Appone nunc Suetonium, qui Augustum obiisse narrat anno ab Urbe condita 767, Augusto mense. Habebis igitur xv annum Tiberii Caesaris coaevum anno ex Urbe condita 782, et absolutum, Martio mense, anno 783; ita enim vulgaris annus ordiebatur.

Tunc vero Christus undetrigesimum annum expletaverat, trigesimum inchoaverat, iuxta illud: «Ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος». Evē autem, quod eodem in capite habetur V, v. 1, gnaro sermonis hoc unum significat «pone, circa absolutionem, vel consummationem anni». Quamobrem si tu, lector, paginam Sacri Textus in I<sup>o</sup> cap. v. 26: «Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἑπτῷ» contuleris cum sequenti: «Ἐμενεὶ δὲ Μαρία σὺν αὐτῇ ὥστε μῆνας τρεῖς. Τῷ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τὸν τέκνου αὐτῆν», probe noscere haec latine nihil, praeter hoc, significare: «Mense absoluto sexto, Maria tres circiter menses morata est, et pariendi tempus venit, et filium Elisabeth peperit». Numeris ergo dispositis arithmeticā vel exigua, patet Christum natum anno ab Urbe condita 753, Decembrem inter 24 et 25 mensis diem, consulibus in reliquos sex vel septem dies (nempe usque ad calendas Ianuarias) Cossu Cornelio Lentulo, et Lucio Calpurnio Pisonem, quibus, anno procedente incarnationis (1) primo, Ianuarii calendis consules succedunt Caius Iulius Caesar et Lucius Aemilius Paulus. In ipso igitur incarnationis anno duo ab Urbe condita numerandi anni sunt, nempe 753 egrediens, 754 ingrediens; ille qui absolvitur, iste qui orditur. Qui rei periti sunt, noscunt annum Fast. Consul. initia capere calendis Ianuariis; annum autem novi Caesaris Tiberii initium tulisse ex Martii mensis calendis, quae primum olim anni Romanis notabant diem, atque hac de causa menses, postea qui sequerentur, fuisse Quintilem, Sextilem, Septembre, Octobre, Novembre, Decembre nuncupatos. Augustus autem, iuxta Suetonii textum Lipsiae a Teubner editum a. 1900, ad unguem expositum, M. Tullio Cicerone et C. Antonio Nepote

(1) Non ab incarnatione; hoc discrepantiae et caput et causa est.

consulibus natus est anno ab Urbe condita 690, vigesima tercia mensis Septembris die: «Nono», ut ille scripsit, «calendas Octobris paullo ante solis exortum, regione Palatii, ad capita Bubula, ubi nunc sacramentum habet» (1).

Tabulæ chronologicae dum Fastis Consul. Suetonii congruant, gratis asserunt,

contra Lucae textum, Christum anno 750 ab Urbe condita natum esse. Quo factum est ut, dum aliquid contra veritatem statuitur, penitus illa mirabilis convenientia vaticinii, quod propheta Daniel edidit, subvertatur. Bene de scientia merebitur, qui tempus probarit huiusmodi, quo mirifice singula conciliamus, et conciliantur. Id autem ita procedit. Artaxerxes Longimanus, Artabanus interficiente Xerxem, accipit celeberrimam Themistoclis exsulantis epistolam, atque hospitem recipit ditatque, anno ab Urbe cond. 280. Anno vigesimo regni (2) decernit, ac praecipit obtemperanti Neemiae, ut aedificantur muri Ierusalem, nempe anno 299. Anno ab Urbe condita 753 Christus nascitur IX et VIII cal. Ian., scil. inter 24 et 25 mensis Decembres dies. XIV<sup>o</sup> incarnationis anno nondum expleto, Augustus moritur, 14 cal. Septemb. (19 Sextilis mensis die). Baptizatur autem Christus post mensem Decembrem ab incarnatione incipiens quasi annos triginta, nempe incarnationis trigesimo, aerae vulgaris post Decembrem mensem anni undevicesimi. Hoc autem tempus perfecte congruit ab exordio cum nativitate Christi, quippe annus iste sit ultimus in sexagesima nona annorum hebdomada, ex septuaginta, quae abbreviatae sunt super filios Abrahæ. Itaque annus xxx Christianæ rationis, caput est pariter annorum septuagesimæ hebdomadae, et est annus xxx a Decembri in Decembrem mensem. Alter annus pone subit xxxi aequa a Decembri mense in Decembrem. Tertius insequitur eodem limite circumseptus. Anno XXXIII aerae vulgaris, die Veneris, 4<sup>a</sup> Aprilis, crucifigitur Christus, quarto ccii Olympiadis, aetatis suae anno XXXII, mens. 3, d. 15. Eiusdem Olympiadis anno Phlaego in Annalibus, Tallus in Historiis Assyriis, Tertullianus, Origenes, Celsius, Eusebius, Hieronymus, Iulius Africanus in Chronicis, referunt notantque mirabilem eclipsim solis, hoc est solis defectum ipso in meridie, quam eclipsim meridianam astronomi, princeps Newton, ostendunt iuxta naturae leges fieri non potuisse. Probatur itaque primus annus aerae christiane habendus anno ab U. c. 754 mense Decembri, inter 24 et 25 diem, hoc est a Nativitate D. N. I. C.

(1) Op. cit. pag. 39. (2) DAN. IX, 25.


Quae de Themistocle notavimus extra dubium sunt; nam de proscriptione eius quarto sub anno septuagesimæ sextæ Olympiadis traditur in Chron. Eusebi; apud Thucydidem, lib. I; apud Corn. Nep. in Vita Themist.; apud Charonem Lampsacenum, cuius Plutarchus in Themistoclis Vita meminit. Ceteros, ne longior sim, omitto.

Hinc autem intelligi potest haud recte interpretationem fecisse Fr. Paulum del Rosso (1), qui fuse scribit: «Mortuus est Augustus annum sexagesimum sextum agens, minus quinque ac triginta diebus», cum e contra Suetonius mortuum eum narrat «anno ab Urbe condita 767, quartodecimo calendas Septembres, anno septuagesimo sexto et mense uno expleto».

Compendium itaque summamque totius operis quasi facientes, haec simul ostendimus quae ex relatibus fundamentis historicis clara patent. Quum Jesus Christus D. N. anno xv imperii Tiberii Caesaris incipiens sit quasi annorum triginta, quum Augustus mortuus sit quartodecimo calendas Septembres, anno septuagesimo sexto aetatis suae et mense uno expleto, anno scilicet ab U. c. 767, quum ab hisce 767 annis detrahendi sint anni xv, quos Christum vixisse necesse fuit, ut xv alios addens imperantis Tiberii trigesimum inciperet annum, habebimus nascentem Christum anno ab Urbe condita 767 minus annis xv, nempe anno 752. Hic autem erit incarnationis annus; ab incarnatione sequens annus erit. Aliud quippe incarnationis, aliud ab incarnatione est. Quum ergo consideraverimus insuper, in quovis Romanae urbis anno, duos annos Christi Domini contineri, habebimus annum salutiferae incarnationis in anno 752 et 753 constituendum, ita ut, qui ab incarnatione annus futurus erit, 754 numeretur primus.

Cerchiara, in Calabria.

PETRUS ALEXANDER M. ROVITTI.



“Crypta Nativitatis, ad Bethleem.”

ex Graecis aut Armenia subtrahas Mahum

Nullis litteris, si unam demas, cipue crucis ex oriente anaglypta; sunt in Iudeis, anaglypta acies id sinat, ide prima aetatula in nis, labore assidue Memini me abhinc consperisse, qui si uterentur!

Ad extremitatem cuitum, super de Christus natus est culam iamdudum per summum scelus Jesus vagiens excovulit; nec satis in densa arbores nigrae

Verum hisce stantini mater, nō exstruxit, quae a exstat conspicenda

Specus, qui a lumen praeberet, argitur; patet in longo Pavimento alborum rietes serico peris periore aede ad speculum oculis sese offert spide, quod argen-

HIC DE VIRIS

Si m. inde exstructum, cun-



Solemne Nativitatis Domini Bethleem in urbe. (Tabula ad fidem expressa).

ex Graecis aut Armenis schismaticis conflatur, si ad centum subtrahas Mahometicae legis sectatores.

Nullis litteris, nullis artibus exculti sunt Bethleemita, si unam demas, conficiendi ex ligno statuas, *τίξος*, prae-  
cipue cruces ex olivo conchis affabre incrustato cum base  
anaglypta; sunt enim Bethleemita omnes, non exclusi  
Iudei, anaglyptarii caelatores eximi, quamdiu oculorum  
acies id sinat, id est antequam consernent; quum vero a  
prima aetatu in anaglyphis toti sint, fit ut, labentibus annis,  
labore assiduo acies hebetetur, quae tandem vanescit.  
Memini me abhinc septem annos duodecim Bethleemita  
conspexisse, qui simul accepti non amplius septem oculis  
uterentur!

Ad extremitatem orientalem, extra antiquae urbis cir-  
cuitum, super declivia montis invenitur specus, in quo  
Christus natus est. In eo Christicola pietate insignes aedi-  
culam iamdudum excitaverant, quam Hadrianus imperator  
per summum scelus solo aequavit et eo ipso loci, quo puer  
Iesus vagiens exceptus est, impudicae Veneri signum esse  
voluit; nec satis impio homini visum, sed lucum propter  
densa arbore nigrum iussit assurgere, in Adonidis honorem.

Verum hisce omnibus radicitus avulsus, Helena, Con-  
stantini mater, magnificam Iesu Deo Servatori aedem  
exstruxit, quae a primo licet splendore desciverit, adhuc  
exstat conspicienda.

Specus, qui adventantibus hospitium, iumentis stabu-  
lum praeberet, artificiosa in praesens concameratione te-  
gitur; patet in longitudinem m. XII, in latitudinem ad m. IV.  
Pavimentum albo sternitur marmore, quo item loricati pa-  
rietes serico peristromate ornantur. Bipartitae scalae a su-  
periore aede ad specum deducunt, ad quem cum perveneris,  
oculis sese offert pavimento infixum fragmentum ex ia-  
spide, quod argentea stella ambit, his notis inscriptum:

HIC DE VIRGINE IESUS CHRISTUS NATUS EST.

Si III m. inde abscedas, aliud cayum offendis a natura  
exstructum, cunaram in modum, ubi reclinatus fuit Iesus

puer, bove et asello hiantibus ut Eum calefacerent. Gradum  
ad hunc abscedis, atque locum cernis ubi Magi adorabundi  
consisterent. Nihil sane hoc hypogeo carius, nihil iucundius!

Sanctum et venerabilem hunc specum exiguae cryptae  
circumstant in aedicularum formam redactae, quarum una  
a pueri caesis, inter caelites relatos, nomen habet; fert  
enim traditio, ad edictum Herodis, puerorum caedem san-  
cientis, plerasque matres huc cum suis parvulis confusigisse;  
quas satellites una cum natis repertas iugularunt. Quae  
supersunt aediculae Paulae matris et Eustochii filiae, mu-  
lierum sanctissimarum, et sancti Hieronymi, earumdem  
magistri, coenotaphio gloriantur.

Omnino dolendum ius proprietatis penes Patres Fran-  
ciscas integrum non esse, quibus, iam inde ab Ordine  
condito, Pontificis Maximi iusu, « Terrae Sanctae » loca  
tradita sunt custodienda. Palaestina omnis Turcarum do-  
minio subditur, frustra admittentibus qui sacrum bellum  
sub Crucis vexillo iteratis vicibus suscepit, ut eam in  
libertatem vindicarent; quare, nisi vestigial pendamus,  
sacra facere in sacris aedibus prohibemur. Adde quod  
Graeci et Armeni schismate scissi omni qua possunt arte  
utuntur ut ius ad sacra facienda in communis cum Latinis  
participent. Atque utinam ea quae legi sunt Latinis attri-  
buta recognoscant, neque identidem pro re nata insurgant  
ut haec iura pessumdent! AEM. CRIVELLI.

#### CUINAM URBIS INCENDIUM TRIBUENDUM

QUOD NERONIANUM DICITUR<sup>(1)</sup>

IV.

**S**ED et aliud verbis illis « correpti qui fatebantur » ad-  
dere lubet, quod quidem Ludovicus Dorleans mihi  
suppedavit. Ipse enim (2) voci « fatebantur » haec ad-

(1) Cfr. num. sup. (2) *Nova cogitationes in libros « Annalium » Cornelii Taciti*, Parisiis, MDCXXII.

notat: « Se Christianos scilicet. Christianis, inquit Tertullianus, quid simile? Neminem pudet, neminem poenitet, nisi plane retro non fuisse. Si denotatur, gloriat; si accusatur, non defendit; interrogatus, vel ultra confitetur; damnatus, gratias agit. Quid hoc mali est, quod naturalis mali non habet? Timorem, pudorem, tergiversationem, poenitentiam, deplorationem? Quid hoc mali est cuius reus gaudet, cuius accusatio votum est, et poena felicitas? Solis Christianis de fide accusatio confessio est, sola de morte et excidio voluptas. Sic neminem poenitet esse Christianum ». — Stat ergo iuxta obvium sermonem illi vocabulo « fatebantur » addendum: « se esse Christians », minime vero « se esse incendiarios ». Satis enim ab initio ad finem Tacitus Christianos incendi reos non fuisse, incendium non fecisse indicat atque ostendit.

Cum vero in Ludovici Dorleans, doctissimi viri, mentionem inciderimus, lectionem Taciti cum ipso paullulum prosequamur. Itaque haec subdit: « Haud perinde in criminis. Lege: immanni criminis incendi, quam odio humani generis convicti sunt. Nam cum odio sui coepit simul veritas, ait Tertullianus, atque apparuit inimica esse. Tot hostes eius extranei, et quidem (lege: quidam) proprii (loquitur de haereticis, qui nobis sunt hostes domestici), ex aemulatione Iudei, ex concusione milites, ex natura etiam ipsi domestici nostri. Ergo odio, non criminis, convicti Christiani, ait Tacitus. Bene; nam nec criminis incendi convictos fatetur, sed odio. Lego autem immanni criminis, nam in nota est, et immanne incendi crimen dicitur, quod capitale est. L. Capitalium, § incendiarii de poenis D, et plerumque vivi exuruntur, ait iurisconsultus, si dolo malo incenderint: nam sunt eversores humani generis. Paul. Sent. tit. 3, quod notat immanitatem ».

Verum hic aliquid gravius habetur. Quid enim est hic in Tacito dicendi modus: « haud perinde in criminis incendi, quam odio humani generis »? Si crimen incendi est, cur haud scripsit eidem stilo obsequens: « haud perinde in criminis incendi, quam (in criminis) odii humani

generis (contra, adversus humanum genus)? Quia levitati nostrae legere festinanti non illud appareret quod est, sed plerumque quod optamus videndum, propterea quod praeterentes male intellecta vocabula magnam sapientiae pedaneae molem superaedificamus vocibus a propria, germana et nativa significatione distractis. Ubi enim perpendissemus Taciti sententiam constantem et inconcussam, qua nec semel nec bis, uti exposuimus, Neroni tribuit incendium, non Christianis, idque ex factis et monumentis historiae – ait enim: *utrumque scriptores tradidere*, scilicet: «forte, an dolo principis, incertum», – illud ante oculos et ora obversatum esset; nempe aliud crimen esse, aliud facinus. Ac proinde ubi Tacitus ait: «in crimine incendi», clare indicat accusationem incendi, non facinus, non quid patrum; ubi vero ait: «odio generis humani», indicat illa, qua de Evangelio verba retulimus, et quibus Christiani accusarentur, tamquam de facinore, de sceleri, quasi obdiren legi, qua adversus patrem et matrem et fratres et sorores et uxores, et vel adversus propriam animam odio praeciperet. Convicti ergo sunt non in accusatione incendi, sed convicti sunt odio humani generis. Quod ego ex Tacitanis locis possum ostendere. Nam lib. XIII, cap. 43 auctor scribit: «Repertique accusatores, direptos socios cum Sullis provinciam Asiam regeret, ac publicae pecuniae peculatum detulere. Mox quia inquisitionem annuam imperaverant, brevius visum suburbana crimina incipi, quorum obvii testes erant. Si acerbitate accusationis», etc. Item in eodem libro, cap. 19: «Laetus oblati... Paridem histrionem libertum et ipsum Domitiae (Atimetus) impulit ire propere, crimenque atrociter deferre». Rursus in libro eodem, cap. 10: «Neque recepti sunt inter reos Carinas Celer, senator, servo accusante, aut Iulius Densus, equester, cui favor in Brannicum criminis dabatur».

Ex eodem Tacito possum plura referre, quae habet Ann. in lib. I, cap. 73, et rursus in libro VI, cap. 18, et quae pariter eodem in libro cap. 5, quibus ostenditur consueuisse Tacitum dare voci «crimen» significationem accusationis et calunniae, non sceleris patriti, non facinoris. Sed ego, mi Pascal, te utar auctore, qui in illo Lexico tuo Taurini edito, anno superiore (pag. 76) ita

24]

## LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Interea doctores consilia secum communicant de honesta missione danda Probatio. Vicit autem sententia benignior his de causis: quod adolescens esset optimis moribus; quod annum primum et vicesimum praetergressus ieiunii lege teneretur; quod biennio in litteris insumpso, philosophiae multo vacaret utilius, quam graecis litterulis aut latinis; quod satis ingenii explicuisse in interpretando Iliadis loco; morosi autem et inepti iudicis esse curare minima, et in scripturae signis aut in voculis immorari, quibus praesens aetas adeo indulgeret; quod is denique ad Collegium pertineret, cui nomen *Cato maior*, qui vir fuisse graecae humanitati infensissimus.

Idem fere doctrinae specimen Catoniani ceteri ediderunt. Quorum cum a nemine Nandus impetrare potuisset ut graece legeret, tandem Egesippum, quem extreum vocaverant, his compellat: — Reperies, adolescens, tranquillum locum ubi tuas virtutes explices, si, remota omni greca lectione, de Homeri vita dixeris aliquid.

Eges. — De patria Homeri disputatum esse constat ex Ciceronis verbis in oratione pro Archia: «Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnae vero suum esse confirmant».

Nand. — Tu vero quid censes?

Eges. — Ego censeo patriam Homero fuisse nullam. Nand. — Tu ergo iis accedis, qui dubitant fuerint unquam Homerus?

Eges. — Absit ut negem hominem, cuius exstat nomen. An vero dubites num ego sim, dum vocor Egesippus?

scripsisti: «Crimen, delitto, colpa. Presso Cicerone è solo l'imputazione del delitto, non il delitto stesso. Quindi vuole con sé il genitivo del nome del delitto» (1). Res nostra est, o sodes, nám hic habemus in casu genitivo nomen facinoris: «in crimine incendi». — Inde addis exempla e Cicerone desumpta (*pro Roscio Amerino*, 26, 72): «Tanti maleficii crimen probare»; (*Caes.* 27, 65): «Crimen maximi facinoris». Promis insuper exempla e *Verrinis*. Idque optime, namque et verbum criminari, subdis, idem est atque accusare, italicice *incolpare*. Anne oblitus eorum es, quae ipse docuisti, et contra te scripsisti?

Itaque hoc ea revocans, quae de adverbio «perinde», valde Tacito in deliciis – quippe ter decies eo et quinque utitur in libris, qui supersunt adhuc – iisque addens quod in cap. 21 libri XIV legitur, quod istiusmodi est: «Consultum parcimoniae, quod perpetua sedes theatro locata sit, potius quam immenso sumptu, singulos per annos consurgeret, ac strueretur. Nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos...» (ubi vides vocem «perinde» haud ferme «tantum», uti in votis tibi est, sed «ex eo», «ideo» «hac de causa» intelligendam), periodum illam Taciti dabo, pedestribus redditam vocibus, et congruum ceteris, quae Tacitus edidit dum Neroni potius, non Christianis, tribuit Urbis incendium; i. e.: «Igitur primo correpti qui fatebantur se Christianos esse, deinde indicio eorum multitudine ingens, non hac de causa – (non ita, non ideo) – convicti sunt in accusatione incendi, sed potius odio humani generis convicti sunt».

Atque ut aliquando desinamus verborum ambigibus uti de crimine incendi in Christianos allato, cedo locum ex Tacito apertissimum, quo ille Neronem, non Christianos, incendiarium Urbis proclamat. Reperies in *Annales* libro XV, cap. 67: «Subrius Flavius, tribunus... postquam urgebatur, confessionis gloriam amplexus, interrogatusque a Nerone, quibus causis ad oblivionem sacramenti processisset: — Oderam te — inquit — nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti; odisse coepi postquam parricida matris et uxoris, et auriga,

(1) I. e.: Apud Ciceronem unam indicat insimulationem facinoris, non facinus; quapropter post se in casu genitivo repetit facinoris nomen.

Nand. — Plura quidem vivunt nomina sine re. Sed, his omissis, disseras velim de quaestione, quam Home dicunt.

Ad haec Trebatius contracta fronte: — Abstine, quaequo, Nande, abstine sermonem de istis rebus. Neque enim quae nunquam audivi ante hunc diem facile immittam in aures meas, neque fas adolescentibus existimo penetrare in huiusmodi palaestram. Ubinam gentium sumus? Longe alia erat pueris nobis disciplina, quum nefas habebatur ea curiosus exquirere, quae maiorum monumenta tradidissent. Nunc opinionum commentis oppressi sumus, adeoque delirantium audacia percrebuit, ut iam parum videatur moveri terram, stare solem, sed nec esse nec vivere dicantur illa quae et sunt et vivunt. Qui si mos paullum assumpserit vetustatis ac roboris, iam nec humani generis testimonium, quin etiam nec ipsa occulorum auriumve iudicia rata habeantur, nedum Livii auctoritas aut Nepotis fides in tuto sint.

O beatum senem, qui tuis met oculis Homerum vidisti! — ita vox quaedam e discipulorum subsellis profecta est, non adeo suppressa ut aures doctorum non iucundissime afficeret.

Ob haec circa percitus praeses repente prosiluit, et: — Iam dudum — inquit — ausculo, iam dudum observo quid istic rerum geratur. Plane novi auctorem strepitus. At si detexero, sex aut septem arripiam, extrudam aedibus, statuamque exemplum impudentibus, ne talia deinde quisquam audeat. Interim medius hic se sistat Albinus.

Vix erat regressus aulam ingenuus adolescens, a qua paulisper secesserat ut necessitatibus corporis inserviret, quum terrible illud intonuit «iam dudum ausculo». Ubi ergo designari se sensit, properato gradu constitit ante praesidem, et: — Numquid me vis innocentem opprimere?

Praes. — Excusatio non petita accusatio manifesta. Nonne igitur tua fuit illa vox?

et histrio, et incendiarius exstitisti. — Ipsa», prosequitur Tacitus, «retuli verba, quia, non ut Senecae, vulgata erant; nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomptos et validos. Nihil in illa coniuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi, quae faceret, insolens erat».

Ecquis Christianos, post haec, incensae Urbis reos, Tacito teste, appellari, quum Tacitus non hosce incendiarios, sed Neronem centies incendiarium evincat, ac denique incendiarium dicat?

Aliud denique argumentum meo iudicio gravissimum hec praebetur. Proscriptionis tabulae in Christianos datae, vulgatae sunt, ut Christianorum nomen toto orbe terrarum funditus aboleretur, monumentaque huiusmodi, quae Neronem collaudant ob novam superstitionem deletam, in Hispania fuerunt reperta. Si in scelus immane imminans incendiis animadversum fuisset, extra incensae Urbis moenia vagari poena non debuisset. Quid enim commune cum incendiariis habebant, qui in Galliis, qui in Africa, qui in Asia Christiani degebant? Quid senes, quid pueri, quid virginis, quid matronae, quos omnes et sexus, et aetas, et mores, et vires, et montes, et maria, et regiones, et longo separata loca intervallo a communione sceleris, a suspicione facinoris, ab accusatione quavis denique arcebant? Contra hos tamen constituta iudicia, quorum apud nos exstat memoria. Nihil de incendo Urbis adversus hos quae situm; ridiculum quippe ab iis id querere foret, quos tam aperte illa defensio, quae nuncupatur ex *alibi*, tuebatur. Hi ergo ne sererunt incendia contra legem, horrendum scelus, qui anteferebant mortem mendacio, quo servarentur?

Quid si negavissent esse se Christianos? Libertas et praemium. Quid si Christianos esse se faterentur? Parata tormenta, lupanaria reserata, quod morte ingenuis ducebatur atrocis, rogi, ignes, equulei, serrae, crucis. Illi autem, potiusquam *foedari* mendacio, amplectebantur crucem, et ibant morituri in pace. Quid est hoc, quaeso, quid probat, nisi esse eos humani generis odio convictos, quia Christianos esse se faterentur? Et quid haec indicant, praeter Christi prophetica verba: «Eritis odio omnibus

verba illa: «quibus abutitur, tamquam unus (Christianus) inter Neronis servos, nemo, qui Neronis iussus sententiam, quo concitasse constat.

Licet nunc tatione, si G. P. iis addere, que i. p. 183 sq.) sunt. etant ad vim significare, «subdere», «flagitare».

«Subdere recordatur, «falsos reos pro libello nostro iterum huic dicendi ratione statim in reos aliquis tollatur, vobis cusantur, maleficis ipso sed oratione citus insontes prout vult, non «subdere».

De flagitio duxi quin ipsi praeesse possit; hoc sententiam, ita ut loco «per flagitium» est accipienda, et novissima ex parte tevoli delle più in nescio cur, omnia comminuere com

Quod autem rinde quam», vel esse collectos: et quam posui, ita

(1) *Evang.* Mat. XI, 17; *Ioan.*

(2) Vide opus item pag. 11.

(3) *Ad Rom.* 13.

(4) G. P. mea mihi iugiter tribuerunt.

propter nomen in eos est, qui iuratum vita apostolo (2), eidem dicentur. I locum divulgare incendiariis?... stolae capit, scribens? Idem Corinthios de mundo et angustum Urbis

psa», prosequitur Senecae, vulgata s viri sensus in-uratione gravius ut faciendis sce- faceret, insolens

nsae Urbis reos, non hosce incen- sum evincat, ac

in cito gravissimum

christianos datae,

en toto orbe ter-

que huiusmodi,

perstitionem de-

in scelus im-

uisset, extra in-

debuisset. Quid

at, qui in Galliis,

degebant? Quid

matronae, quos

vires, et montes,

loca intervallo a-

oris, ab accusa-

hos tamen con-

memoria. Nihil

tum; ridiculum

aperte illa de-

Hi ergo ne fe-

am scelus, qui

arentur?

nos? Libertas et

erentur? Parata

ingenuis duce-

rae, crucis. Illi

amplectebantur

est hoc, quaeso,

odio convictos,

haec indicant,

odio omnibus

edit vox. Nemo

neglige nemo pra-

erit. Tunc ad-

ercle, adstabat,

issimo Trebatio-

nus quidam

laldo alloquo-

mum habe-

giet memoria,

Catonianis in-

manus afferas.

Pro facinus!

coecum, quan-

de hausta tibi

en plus oculis

na uni eidem-

unquam Ho-

m certum est,

culis fieri coe-

lmodum reris.

quaerere...

an eiusdem

ter gramma-

rum vero scri-

poematis con-

tra sumpsisse,

oribus multo

isset. Eadem

s ad Iliadem.

ANGELINI.

propter nomen meum»? (1) Ad internectionem saevitum in eos est, quia Christi nomen non eiuratum, neque perjuratum vita carius praeferebant. Tu qui credis Paulo apostolo (2), in iis, quae ad tua detorques, cur non credes eidem dicenti Romanis (3): «Vesta obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis»? Haecne incendiariis?... Et incendiariis, quae in I eiusdem Epistola capite, praeconia deberentur? Quis autem est scribens? Idem qui in IV capite Epistolae primae ad Corinthios de se ferre potest: «Spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus». Movet quippe me incendium Urbis!...

G. P.

Cl. vir Carolus Pascal una cum altera, eaque locupletiore, opusculi editione, in scriptorem nostrum animadversiones misit, quas integratatis nostra causa heic ad amussim referimus.

**O**MNIA quae G. P. in commentario qui inscriptus est *Vox Urbis* (n. XXII) attulit ad meam de Neroniano incendio opinionem refutandam immuendamque, ex uno, puto, pendent errore, quem si tollas, tota cadit ratio. Distinguendus est enim is qui incendium fieri iubet ab iis qui comparant, vel sua sponte, vel ut mandata efficiant. Cum Tacitus in dubitatione versatur an Nero ipse incendium fieri iussisset, minime ex hoc est efficiendum ipsum omniciula Christanos absolvisse, de quibus immo utpote factentibus et convictis loquitur, statim addens eos sontes et novissima exempla meritos esse. Videtur igitur ipse de Christianis quin flamas concitatissen, minime dubitasse; tantum incertus suspensusque fuisse de Nerone, an incendium suassisset vel iussisset. Ad quae spectant verba illa: «quamquam adversus sunt... miseratio orientabatur, tamquam non utilitate publica, sed in saevitiam unius (Christiani) absumerentur». Christianos quosdam inter Neronis servos fuisse, cum ex certis constet testimoniis, nemo, puto, unquam negabit. Scriptores igitur qui Neronis iussa attulerunt, idcirco in hanc adducti sunt sententiam, quod Neronis servos quosdam incendium concitasse constabat.

Liceat nunc mihi, in scriptorum latinorum interpretatione, si G. P. audire volumus, claudicanti, pauca et de iis addere, que in posteriore commentario (num. XXIII, p. 183 sq.) sunt. Omnia quae ibi scripta leguntur spectant ad vim significacionemque vocabulorum, quae sunt «subdere», «flagitium», «perinde».

«Subdere reos» ita intellegi volunt permulti ut sit «falsos reos pro veris inducere». Perperam puto. Iam in libello nostro iterum retractato (II<sup>a</sup> edit., p. 33) monuimus huic dicendi rationi eam tantum esse sententiam, ut sit «statim in reos quaestionem instituere, ut vel rumor aliquis tollatur, vel periculum avertatur». An ii qui accusantur, maleficia revera admiserint, necne, non verbo ipso sed orationis contextu declaratur. Si quando Tacitus insontes pro scontibus esse in rem vocatos significare vult, non «subdendi» sed «vertendi» usurpat verbum.

De «flagitiis» vocabulo minime in dubitationem adduxi quin ipsi probri vel ignominiae alicuius significatio esse possit; hoc tantum volui, latius eius vocabuli patere sententiam, ita ut et de sceleribus dicatur. At in Taciti loco «per flagitia invisos» vox hac altera sententia idcirco est accipienda, quod, paulo post, ea leguntur: «sontes et novissima exempla meritos» (italice *colpevoli e muri tevoli delle più inaudite pene esemplari*): quibus de verbis, nescio cur, omnino ab iis siletur, qui mea resellere et communuerunt conantur argumenta.

Quod autem spectat ad dicendi rationem «haud perinde quam», vehementer gaudeo complures locos a G. P. esse collectos: ex unoquoque enim loco ea dilucide patet, quam posui, italica significatio non tanto quanto (4).

(1) *Evang. MATTH.* X, 22; XXIV, 9; *MARC.* XIII, 13; *Luc.* XI, 17; *IOANN.* XV et XVII.

(2) Vide opusculum, pag. 23 et seqq., item 28 in nota, item pag. 11.

(3) *Ad Rom.* XVI, 19.

(4) G. P. meam referens sententiam, «non» illud omittit, mihi igitur tribuens, quae nunquam volui.

Ex duabus igitur rebus, quae instituta comparatione afferuntur, altera maior est, sed utraque utpote vera adducitur. Ea exempla producam, quae G. P. putat, si in meam sententiam intellegantur, prorsus ridicula fore:

a) *Ann.* XIV, 48: «tum primum revocata ea lex; credebaturque haud perinde exitum Antistio quam imperatori gloriam quaeri; ut condemnatus Senatu, intercessione tribunitia morti eximeretur». Italico haec sunt vertenda: *Si credeva volesse procurarsi non tanto rovina ad Antistio, quanto gloria aperimperatore. Morti enim Antistius eximi poterat, non omnino exitio; si bona publicarentur, ipse in exsilium ageretur.*

b) *Ann.* XIV, 58: «Plauto parari necem non perinde occultum fuit, quia pluribus salus eius curabatur». Ita in italicum verte sermonem: *non potè teneri tanto segreto, perché erano in parecchi a darsi cura della sua salvezza. Id est, si sententiam plenam absolutamque proferre volumus: non potè teneri tanto segreto, quanto si sarebbe tenuto, se nessuno si fosse curato di lui.*

Cetera exempla mitto, quia eiusmodi sunt.

CAROLUS PASCAL.

### PRO ELEPHANTIBUS

**A**NNUS, ni fallor, effluxit, ex quo Angli praecepit diariorum scriptores commoveri visi sunt maxima concordia ob cuiusdam Galli La Bordarie, incliti veluti Nembrod maximique venatoris, scriptum Lutetiae Parisiorum evulgatum. Ille enim poenitentia nescio qua viuit, acriterque cladium suarum, quas per africana litora duodecim ad annos patraverat, dolens, media et consilia multa quidem proponebat, argumenta et rationes disseverat eloquenter, ut elephantes, maximae Africæ totius et Asiae utilissimae belluae, ab immuni venatorum rabie tandem aliquando protegerentur. Redeunt haec optime his adamassim diebus, quibus Londinense collegium coetus comitiae publice edixisse perlegimus, in hoc plane tendens consilium, ut africanae belluae, quae maxime hominum vitae et commerciis inserviunt, arctis legibus, dum tempus est, conserventur. Per Africam enim omnem, ut computatum saepe est, quadraginta harum belluarum millia quotannis interficiuntur, et plerique mares, iisque proiecta quidem aetate, quippe quorum eburnei dentes maiores sunt atque candidiores.

Profecto inter animantium de homine optime merita est elephas dinumerandus, qui sive in veneranda antiquitate, sive nostris hisce temporibus in humanae societatis famulatu laude haud exigua stipendia fecit emeritusque unanimi consensi relatus est. Immanis iam belluae vires tunc primum Quirites, maiores nostri, persenserunt, vultumque asperrium demirati sunt, vocemque exaudiuerunt cum in Tarentino bello Pyrrhum eorum ordinem contra suas legiones disponere conspexerunt.

Visi enim sibi turritum quasi murum, cursu quodam immani, sese loco dimoventem videre, et occurrentem strepitu maximo, veluti si millibus ululantibus monstris repletum cyclopes Aetnae confecissent. Nec satis; murus enim omnis horrendas quasi manus et arma promiscides vibrabat, quae vix diro flagello, velitis disiectis, ad manipulos accesserunt hastatos, principes, triariosque alios post alios evertentes ac permiscentes ictibus prostrabant, pedibus, quasi mobilibus columnis, calcabant corpora confringebantque, sanieque et clade campum compleentes, reliquos in fugam citissimam convertebant.

At in sequentibus praeliis, paulatim terrore sublato, boves illos Lucanos - ita enim a Lucania, ubi primum eos viderant, appellariunt - complurimos interfecere vel captivos abduxerunt, et praecepit bello punico secundo, iis enim facile disiectis, Zamae Victoria Africano Scipioni parta est. Fuit immo Pompeii tempore admirabile monstrum fractam sibi fidem acerrime bellugas esse conqueritas, quae circensisibus in ludis, numero fere triginta, in venatione populo propositae fuerant. Belluae enim cum in africano litore, ut naves consenderent, magna militum vi impellerentur, ingratu sibi itineri acquiescere nolentes, custodum agmina violento impulsu ter quaterque disiecerant. Tandem vero mansuetarii ultra advenerent, ac re-

luctantes gravi sermone adlocuti sunt, ut aequo animo essent, praestitoque iureiurando spoderunt nullum ex iis Romae detrimentum vel malum passurum. Qui cum contra, fracta sponsione, in circum se deductos videbant, sagittarumque ictibus undique petitos, arenam discurrebant, furentes promiscidesque in aerem vibrare, qua si deos nutu et voce de infidis civibus obtestarentur. Rem profecto ita enarrat Plinius (1): «Amissa fugae spe, misericordiam vulgi inenarrabili barritu querentes supplicavere, quadam sese lamentatione complorantes, tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris ac munificentiae honori suo exquisitae, flens universus consurgeret, dirasque Pompeio, quas ille mox luit, imprecaretur». Et quidem ipse qui adstabat Cicero, Mario fratri suo Pompeianos illos ludos describens, laeto esse animo eum, quod non vidisset, iubebat monebatque: «Extremus elephantorū dies fuit, in quo admiratio magna vulgi atque turbæ, delectatio nulla exstitit. Quin etiam misericordia quaedam consecuta est atque opinio eiusmodi, esse quamdam illi belluae cum genere humano societatem» (2).

Verum lenioribus saepe spectaculis iis utebantur maiores, vel in catastromo, quo per extensam funem belluae discurrent, vel inter epulas ut triclinium ingredierentur, et una cum convivis discumberent, et promiscide pro calamō adhibentes, versus et auguralia verba in mensa describerent.

Magna est inde elephantibus veneratio per saecula parta, et vetustissima nobilitas, laudeque Ciceronis nulla maior, qui belluam omnium prudentissimam eos existimat. Qui itaque sive nigri sive albi coloris venatores tanto ardore eos delere per Africam nituntur, insanum quid pariter et impium faciunt.

Ebur enim dentium, ut lucentur, interficiunt; at stulto consilio nec aliter, quam si agriculta fructuum cupidus arborem radicitus evellat, ut eos colligere commodius possit. Quo quidem ritu longe prudentius Angli per Indorum fines erga asiaticos elephantes sese gerunt. Eos enim captant quidem, sed et alunt et colunt, et ut multiplicentur quam maxime curant, atque in greges, quantum licet, augent. Indi enim a summa usque antiquitate animantium viribus potentissimis, domitaque nativa superbia, maximo iuvamine utuntur, et ad persicandos aratro agros, et ad vehes et onera gravissima pertrahenda, et ad explenda itinera. Sed bellicosissime usus est: comiteatus enim et impedimenta nullus currus tanta mole valet circumferre quam elephas, neque aliud est animal quod tormenta bellica, non modo quae in apertis pugnis deducuntur, sed quae ad obsidiones pondere immenso adhibentur, tanta facilitate, dorso imposta deferat.

Quapropter Anglos videre non mirum est, tantae utilitatis conscius iam atque peritos, cum Africam inferiorem in suam ditionem omnem fere exceperint, detimento insane venationis totis viribus occurrente, atque coram ceteris nationibus obstari, tantarum belluarum saluti communi consilio cavendum esse.

A. L.

### ANNALES

Yorck tribunus in Sinis mortuus - Pacis bellive ambigua negotia - Krüger praeses Coloniæ et Hagam iter faciens - Boerorum advelitatiōnes - Mauritania et Somaliana seditio.

SOCIATAE Italorum Germanorumque copiae, quae trans Sinensis imperii moenia ad paganos coercendos progressae fuerant, redierunt, his diebus, ad castra. Praelia sane, quae secunda fortuna inierunt, nec cruenta profecto, nec gravia; quamquam miseri incolis minime salubria fuere. Sed tamen Yorck, Germanus tribunus, agmini praepositus, morbi citissima vi praereptus suis militibus est. Cuius reliquias Pechinum reduces milites solemnia iam funebria

(1) Lib. VIII, cap. VII. (2) *Ad Fam.* III, 1.

indixerunt, foederatisque totius mundi copiis adstantibus iusta celebrarunt.

★

Pacis componendae colloquia et pacta fluctuantia eademque semper incertitudine, tum inter foederatorum legatos, tum eos inter et Sinensium principes, agitantur. Sed quamvis ipsi Germani multum iam a rigidis eorum formulis, quas primum ultro obtulerant, recesserint, haud tamen videtur optatae concordiae proximum affulgere tempus. Ipsa immo imperialis aula, si recens acceptis nuncis est danda fides, tantum abest quin Pechinum revertatur, ut contra Wu-chang-fu ad urbem, Hu-pe provinciae caput, quae media totius imperii in Yang-tse-kiang fluminis ripis consedit, Ciang-ci-tung praefecti sub praesidio fugam paret. Timor enim belli procerum mentibus semper imminet, cruentaque consilia, dum patet arbitrium, sedulo ac assidue agitare ii non desunt, nec pacificis votis eorum, neque sponzionibus fides ulla tribuenda est.

★

Krügerio, Transvaalianae reipublicae praesidi, Coloniam ex Gallia peregrinanti, nunciatum est nullum esse Germanorum Caesari animum sive visitantem ad colloquium excipiendi, sive civium eius desperatam iam causam iuvandi. Repulsa ingrata ferme, atque improvisa, senis tamen constantiam non fregit, cui immo, solatii ad instar, haud defuerunt servidissimae et altissimae universae Coloniensis civitatis ovationes et acclamations, quibus Germanus etiam populus late aperuit, sese quoque iustitia et virtutis caussam quam maxime caram habere. Inanes vero tum Gallorum tum Germanorum civium plausus! Quid plura? Ipsa Batavorum, qui fraterno sanguine Boeris miseris devinciuntur, inania sunt vota, quibus extorrem, Hagam tandem attingentem, ipsi vicissim exceperunt. Quae igitur spes manet?

★

Quamquam ultima illa Boerorum agmina indefigato labore quotidiana pugna hostes patriae urgent. Dewel's-dorp urbis praesidium, circumclausum repente a Dewet duce, eius in deditionem venit, Buffel's-port in loco Bloemfontein ad urbem, Anglorum vaporitraha flammis incensa est, dum Worcester in montibus, media ipsa in Anglorum colonia, indigentes coloni, qui suam veluti patriam Afram terram habent, ad octo millia convenerunt. Canadiana et Australiana legio, ballistis ignivomis instructa, comitium invigilabat, quibus coram rogatio, acclamante multitudine, lata est, ut ab armis tandem recedatur, utque Transvaaliana respublika in veterem libertatem restituatur.

★

Quibus difficultatibus nonnulli tradunt commotos tandem Anglos in illud venisse consilium, ut extremam saltem Transvaalianae reipublicae partem, quae ad septentrionem spectat, liberis incolis pacifice reddant; alii contra tradunt Kitchener ducem, supremum iam imperium agentem, nova moliri ut ultimas Boerorum vires ad nihilum reducat.

★

In Mauritania denique pariterque in Somalia terra novae perduelliones agitantur. Agmina imperium peragrantur undique, quae in Anglorum terra a Iuba dicta (Iubaland) eo audacia pervenere, ut Jenner, alterum a legato, necaverint. Quapropter cohortes profectae, quae Europaeos illarum regnum incolas tuerentur.

POPULICOLA.

## PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

**I**n Americana Nordica foederata republica MacKinley, ad praesidis munus iterum adlectus, augural oratione comitorum sessiones adloquitus est. Qua quidem de aucta recens patriae potentia et fortuna vehementer primum gratulatus, novis ausibus comparandas vires esse declaravit, et ipsum quae Cuba in insula et in Philippinis militat exercitum ad centum usque hominum millia extollendum. Gage autem, qui aerario preest, fusam praesentiarum divitiarum relationem pronunciavit, ut plane ostenderet quam cito et quam felicitet publicae opes excreverint.

In Anglia post auguralem reginae orationem particularis sessio inita est, ut maximis expensis ad Sinense et Africanum bellum sustinendum provideretur.

In Bulgaria, administris nunere sese abdicantibus, dilatae in incertam diem sessions sunt.

In Gallia senatores de navalibus copiis augendis rationem agitarunt, et Mercier dux aggressionem in Angliam forte opportunam in bello futuro praenunciauit, quamvis sese Anglia amicissimum protestatus sit. Drumont et Lasies, populi oratores, in suis comitiis de absolutione quad reos exsilio aut vinculis multatatos extenda vehementer loquuti sunt. Inquisitio denique quaesita de efferatis quibusdam crudelitatibus, quae Madagascar in insula a Gallis militibus actae dicuntur.

In Germania perdurat de Sinensis belli expensis disceptatio.

In Helvetia foederatorum suprema concio ab Hagana pactione de pace approbanda recessit iuxta ea quae iam Kunzl, helveticus Hagae legatus, protestatus fuerat. Ea enim cautum est, ut civibus militiae nondum adscriptis nefas sit patriam armis tueri; quod ingratum Helvetiis fuit.

In Hungaria summa expensarum longam post disceptationem approbata est.

In Italia multa quidem de electis quibusdam oratoribus confirmandis agitata sunt, pariterque summae expensarum pro variis publicis negotiis non sine contentione approbatae. Fuit autem et Bovii oratoris inanis petitio de militibus e Sinis revocandis, quod, ob laesam, ut ipse ait, ab Europaeis exercitibus humanitatem, indignum sit iniquum bello insistere.

In Rumenia Carolus rex fusa concione sessions utriusque comitii iterum aperuit. Legatos ad parsimoniam in publici aeris administratione hortatus, exercituum numerum auctum iri nunciat; quae autem cum proximis Bulgaris recens orta est contestatio, ea ut proxime componatur amice se confidere fassus est.

SCRIBA.

## LIBRORUM RECENSIO

**GIOVANNI DECIA.** Versioni e letture latine destinate alle classi ginnasiali. — **C. STEGMAN.** Grammatica della lingua latina ridotta per le scuole italiane da G. DECIA e G. RIGUTINI. — Florentiae, ed. R. Bemporad et F., MCM.

His nuper in vulgus editis optimam adulescentulorum, qui latinis litteris operam navant, Bemporadium habuisse rationem adfirmo. Quae enim Decia et Rigutini viri clarissimi, e Stegmanio, quod ad grammaticen, e Kantzmannio autem, Pfaffo aliquis compluribus, quod attinet ad latine scribendi exercitationes, nostrorum discipulorum manibus terenda verterunt, ad rem ita accommoda libenter agnovimus, ut nihil pueris et utilius putem esse, et, cum istis iidem utantur, quin plurimum adjumenti ac fructus ferant percipiante non dubitem. Scilicet in Stegmanii opere multa eaque vi atque arte tractata deprehendimus, et, quamquam id, nostra quidem sententia, subtiliore quadam ratione, reliquis eiusdem generis libris, qui maxime circumferuntur, praestat, alia tamen, ne quae videntur haud aequae mihi explicata, attingam, ab auctore praetermissa miramur. Haec potis-

simum ad participii usum pertinere crediderim, ubi et morem Graecorum haud raro inveniri pueri docendi erant, ut, in his, fallere verbum eodem modo atque λανθάνειον sese habens, quodque non solum poetas sed etiam solitae orationis scriptores legentibus occurrit: item gerens, ferens quemadmodum χρών, φίλων, λαβών; gaudeo velut χαίρω, aliaque multa. Dignus tamen quem summo opere tum praceptoribus cum discipulis commendemus liber est: ideoque laetandum quod italicas scholas, ad bonarum artium incrementum, et cura virorum clarissimorum talibus operibus ditaverit, et bibliopola honestus, ne id frustra esset, tam diligenter elaborarit.

A. B.

## AENIGMATA

I.

(Latinum adagium sub forma quae dicitur *Rebus*).

NEQUE NEQUE

II.

*Partibus ex iunctis, quarum altera vocula, lector,  
Altera mons Thracus, garrula constat avis.*

A. MORCHIO.

**Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:**

PLINII EPISTOLAE

Edid. KEIL (Lipsiae, ex off. Teubneriana).

Aenigmata a. III, n. XX proposita his respondent:

1) Cor-nix. 2) Dama - Adam

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Fr. Torjano; Fr. Xav. Reuss, Roma - Collectum S. I., S. Andreae - Ioan. Sedlák; Fr. Palata, Praga Bohem. - Ian. Asprenas Rocco, Casarea - Rug. Pancaro, Consentia Brut. - H. A. Strong, Liserpalo - Iul. Sernatinger, Dresden - Vinc. Lakatos Keszhely - Fr. Crouzillac, Iparnaco - Guil. Schenz, Ratibona - Petr. Gomez S. P., Madrid - I. Krajewski, Kielcius - Petr. Garrone, Pezzana ad Vercellas - A. Piotti, Malado ad Vicentiam - M. Belli, Portogruaro - Aug. Paul, Berlad - Ioan. Cantono Ceva marchio, Ronco ad Bugellam - P. A. M. Rovitti, Cerchiara - Hect. Landi, Turrita - Semin. Theologicum Commense - Ios. Wilhelm, Battle - P. A. a Tabia, Praeneste - I. Szymaitis, Opitoloki - A. Samorek, Lublino - Ios. Wabner, Varsavia - R. Genardi, ex ephebo Episc. Saciens - Th. Vinas S. P., Tarraga - I. Schmitz; Collegium Borromaeum; G. Langenberg, Monasterio Guestph. - Herm. Gini, Taurini Aquis - Ios. Crosatti, Potano ad Veronam - Alb. Schneider, Turico - Abr. Morchio, Genua - Car. Stegmüller, Sabaria - G. R. e schola Caritatis Cavanis, Venetia - P. Rioux, Hochelaga - St. Figielksi, Rypino - Alois. Raineri, Bergamo - Hild. Guepin, S. Dominico de Silos ad Burgos - Val. Baldissera, Glemona - Aug. Sordet, Thury - Aug. Roberge; Ios. C. Av. Fr. de Lespinay, Chicontino - Am. Robert, Marieville - Alex. P. Gest, Lambertville - Vict. Hoffmann, Posen - Fr. Perényi, Iasberény - Ios. Ant. Schneider, Monachio - Ver. Cariolato, Vicentia - I. Lemette, Rumillies - Fr. Sallarés, Sabadello - El. Duran, Xeretio Sidonio - Ad. Huza, Grybovio - E. Schütt, Suechleena - G. Leconte, Canker - Ign. Aguilar, Morelia, in Mexicana rep. - M. Vidal, Palma, in ins. Maiorica - Ioan. Ortega, e Seminario ad S. Fidei in Argentina república - Alois. Cappelli, Senis - A. Narquet, Monteloco.

Sortitus est praemium

MICHAEL VIDAL,

ad quem missum est opus, cui titulus:

IL NEOLOGISMO

NEGLI SCRITTI DI PLINIO IL GIOVANE

Scripsit S. CONSOLI.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

et crediderim, ubi et  
i pueri docendi erant,  
modo atque λαβάνων  
tas sed etiam solutae  
sit: item gerens, ferens  
gaudeo velut χαρος,  
in summo opere tum  
mendemus liber est:  
nolas, ad bonarum ar-  
clarissimum talibus  
nestus, ne id frusta

A. B.

TA

nae dicitur *Rebus*).

a vocula, lector,  
constat avis.

A. MORCHIO.

igmatis interpreta-  
eratorem miserint  
is, gratis accipiet

LAE

Teubneriana).

ta his respondent:

ma - Adam

v. Reuss, Roma - Colle-  
ct. Palata, Praga Bohem. -  
ancaro, Consentia Brut. -  
nger, Dresden - Vinc. La-  
aco - Gui. Schenz, Ra-  
I. Krajewski, Kielcias -  
A. Piotti, Malado ad-  
ng. Paul, Berladi - Ioan.  
lam - P. A. M. Rovitti,  
Semin. Theologicum Co-  
Tabia, Praeneste - I. Szy-  
los. Wabner, Varsavia -  
Th. Vinas S. P., Tar-  
im; G. Langenberg, Mo-  
nis Aquis - Ios. Crosatti,  
Turico - Abr. Morchio,  
R. e schola Caritatis Ca-  
St. Figielksi, Rypino -  
S. Dominico de Silos ad-  
g. Sordet, Thury - Aug.  
bicontino - Am. Robert,  
le - Vict. Hoffmann, Po-  
Schneider, Monachio -  
Rumillies - Fr. Sallares, -  
Ad. Huza, Grybovio -  
Canker - Ign. Aguilar,  
alma, in ins. Maiorica -  
Argentina republica -  
onteloco.

MO  
IL GIOVANE

AMPI, iurisperitus.

ni et Socii.

## PER ORBEM

**C**ONSUETA quotidiana fortunae acta scri-  
benti mihi grave est alma ipsa ex Urbe in-  
choare. Tiberinus enim pater diuturnis imbris  
tumentes fluctus adeo inflavit exultique, ut in-  
feriora iam urbis loca diffuso lacu limosaque  
unda obruerit, aggeres, quibus in alveo et in  
cursu continebatur, pluribus in locis diruerit,  
domusque plebeias et humiles evertere minitatus  
sit. At suburbanum agrum, praecipue Ostiam  
versus, inundavit, multo cum satorum et pecudum  
detrimento. Ante portam Flaminiam quoque  
Anienis fluminis confluentes fluctus eadem rabie  
eademque celeritate turgidi, coniunctis cum Ti-  
beri undis, agrorum ruinam longe lateque et ipsi  
operati sunt.



Aquosas calamitates ignitiae sequuntur, qua-  
rum gravissima ad Aniche, Gallorum oppidum,  
in carbonis fodina exarsit. Dum enim in pu-  
teum opificibus iam frequentem per funes est de-  
scensio, auditur repente tonitus veluti fulgoris,  
terribilique conuassatione commota fodinarum  
inferiores cavernae franguntur, statim ac ruunt.  
Effossoribus enim decurio pyroxili pulveris char-  
tulas distribuebat, cum harum una repente in-  
censa acervum inflammavit, cuius combustionē  
fractae parietes sunt. Inter multam parentum  
cognatorumque turbam, quae ad clades locum  
statim convenit, ut rudera amoverentur manus  
apposita, effosorumque cadavera quinque eruta  
in lucem.



Ex California, septentrionalis Americae prov-  
incia, similis innoutus eventus, qui prope S. Fran-  
cisci urbem accidit. Curiosa ibi spectantium ma-  
nus, ut pilari ludo quem pedibus agunt (*foot ball*  
vulgo nuncupant) commodius adstaret, in cly-  
bani ad liquanda vitra tectum consenderat. At  
fracto ob pondus tecto, decem et amplius homines  
in candentem clybanum prolapsi, miserrime  
flammis combusi sunt, quos inter pueros quos-  
dam incauto studio enecatos parentes lugent.



Belgae contra, cum anxie manerent Krüger  
praesidem Lutetia advenientem, militum sicario-  
rum cruentam cladem prodigo quasi vitarunt.  
Criminis foedus decuriones quidam ex Bouillo-  
nensi legionaria schola inierant, ut manipularem  
veneno interficerent, alterum a centurione pu-  
gione ferirent, parochum loci et medicum legionis  
manuballista necarent. Quae rabies vel quae  
amentia ad tantum facinus illorum militum ef-  
feratum animum induxit latet adhuc. Placuit  
vero superis ut coniuratio innotesceret; quare  
vinculis onusti nefarii milites in carcerem de-  
trusi sunt, ubi tamen, minime sceleris poenitentes,  
*carmagnole*, quem vocant, anarchistarum  
hymnum proterva voce recinunt. Noctu immo-  
consocii ipsis peiores audacter, sed frustra, eos  
e carcere educere tentarunt.



In hos quidem et in similes optime puto ani-  
madvertisset Thomas ille Bonham, qui inter  
americanos a publica tutela milites audacia et  
prudentia simul iam celeberrimus extitit. Homo  
pusillus quidem corporis habitu, tenuibus viri-  
bus, lenique voce, sed calliditate adeo sagax et  
propositi tenacia adeo fortis, ut terror latronum  
sicariorumque factus sit. Hic - audite enim re-  
centissima eius gesta - noctu cum latronum  
manu in aulam quamdam convenire vidisset,

nec sciret plane quo pacto ipse unus manipu-  
lum captivum ficeret, puerum ad ferreum filum  
emendum misit. Ferreis staminibus deinde tot  
nodos aptavit quot latrones erant, quibus instruc-  
tus ad aulae portam inopinato comparuit. Inde  
iactis nodis singulorum collum constrinxit, deti-  
nuitque fortiter, ac post se captivum gregem  
ducens ad stationem triumphans cucurrit. Huius  
similes venatores et custodes non tam Belgis  
sicariis quam et eorum sodalibus ominor.

VIATOR.

## VARIA

### Arbores celeberrimae.

Tres in Germania sunt arbores magnitudine  
mirabiles. Praedium, quod dicitur Cadeni ad  
Elbing, in orientali Borussia, quod imperator  
Wilhelmus pecunia emit, in nomine est queru-  
amplissima in aditu roborarii. Quercus haec,  
cuius aetas intra octavum saeculum, nisi ultra,  
est, talis habetur in trunco, ut septem vix homi-  
nes amplectantur. Truncus intus est vacuus,  
et portas ac fenestras habet, decemque capit  
homines. Arbor altera, gigantea mole, in eadem  
stat provincia apud Wehlau. Tilia est, cuius  
truncus septem veluti costis constans, erigitur  
ferme querum circuitu aequans; atqui ipsi nomen  
ob septem costas inditum, quasi septem sorores  
tiliae sint in unum corpus confitae; hinc vo-  
catur «arbor septem fratrum». Tertia arbor, tilia  
pariter, apud Dribek in coenobio asservatur, in  
regione Hercyniae silvae. Par aetas, par vigor;  
at ramos eius catenis adstrinxere ferreis, ne in  
ruinam, ventorum vi divaricati, labantur. Fort-  
assis insignior in agro Tiburtino, Hadriano in  
rure, est illa olea, quam Hadriano aqualem, ac  
ab ipso Augusto consitam, creditamque solo  
uberi ferunt. Digna visu, non verbis, quae excedit,  
rei magnitudo, moles, et vita. Si enim fructum  
et ramos respicias, esse nemus, esse olivetum  
credis; si truncum vero, arborem unicam. Cele-  
berrima denique in Sicilia est illa castanea, cui  
a centum equis nomen; fama est enim sub ramis  
eius integros inviolatosque a pluvia centum  
equites permansisse. Talis autem truncus, ut per  
eum publica via, veluti sub arcu, procedat.



### Exiguus libris bibliotheca ingens.

Inter cetera digna visu, quae in Expositione  
Parisiensi fuere, recensendam iure censemus bi-  
bliothecam minimis molli libris constantem, quos  
magna industria Salomon, fodini prosciendi  
mathematicus, comparavit. Praesertim ex Batavia  
tulit, ubi xviii saeculo exigua volumina in more,  
in luxu, in deliciis erant. Mille et quingenti libri  
sunt omnes, quos bibliotheca-armarium continent  
altitudine assurgens ad metri dimidium, latitu-  
dine ad triginta centimetra. Quanta est patet,  
nam imposita est super agnosterium eo stilo  
excultum ac decoratum, qui tempore Ludovi-  
ci XIV, Galliarum regis, invaluerat. Volumina,  
quae in hac vetustissima sunt, xvi ultra saeculum  
non remeant. Minimum ex hisce tale, ut quarta  
pars illius chartulae, quae preti loco epistolis  
apponitur mittendis, prorsus operiat. Quatuor  
millimetris autem solidum est. Centum ac sexaginta  
paginas numerat inter frontem et syllabum,  
quem indicem dicimus rerum, quae continentur  
in libro. Nihilominus characteres, seu notae, ita  
perspicui, nitidi, vivique apparent, ut distincti

oculis, et nullo crystalli auxilio lenticularis ope  
legantur.

Hoc autem non modo rarum, sed fere unicum  
credimus, illudque probat quod multi decantant,  
in exiguis et magna interdum haberi.



### Ioci.

*Ancillae acumen.*

Arctopista, ancilla a cubiculo, postquam satis  
dominae in theatrum ituram noctu, iustumque  
fecerat, absentibus heris in caveam descendere  
solebat, et inde auferre vitream amphoram con-  
sule Manlio obsignatam, qua dein in suo cubi-  
culo fruebatur in pace sorbillans. Pincerna, cuius  
in gallinarium vulpecula illa saeviebat, aegre  
ferens divitiarum diminutionem suarum, omnia  
se fassurum dynastae, dominae utriusque, mi-  
natus est. Tunc Arctopista dominam multis cum  
lacrimis docet, se decidisse in honestate per scalas,  
pincerna vidente et irridente, et minante se con-  
servis reliquis narraturum. Iuberet ergo mature  
silentium. Ubi mane fuit pincernae attonito dy-  
nasta: — De his, que circa Arctopistam noscis,  
cave ne cui dicas; eiiciam, si audivero vel au-  
ram. — Ille taciturnor pisce; domina laetior  
obedientia servi; Arctopista vino indulgentior.  
Quid praestantius?

P. d. V.



*Avari fatum.* (Ex ital. CAROLI RONCALLI).

Rosmundus, fur abstulerat cui scrinia, vitam  
Linguere decretar mox laqueo implicitus;  
Ast ob avaritiam foedam se pronus in altas,  
Parceret ut resti, precipitavit aquas.

IOAN. BATTANIUS.

## EPISTOLARUM COMMERCII

Clarissimis viris BEN. ART., Florentiae; CL.  
MUR..., Mediolani; Ios. SCH..., Argento-  
rati; GUI. MUL..., Berolini; PH. LEP...,  
Madriti; ST. PAK..., Moscae, SOCISQUE  
OMNIBUS, qui acceptam schedulam cum duabus  
novis subnotationibus tam cito remiserunt,  
gratias agimus maximas. Eorum nomina in  
albo bene de Voce Urbis meritorum retulimus,  
et promissis manebimus, nullo ipsorum im-  
pendio commentarium per totum an. MCMI  
mittentes.

CL. v. IOAN. SAM., Lublini. — Optimum pro-  
fecto consilium; sed impares oneri ferendo  
sumus. Curnam rem S. C. de Propaganda  
Fide non proponis?

CL. v. IOAN. ORT., S. Fide in Argentina re-  
publica. — Diribitoriam chartulam, quam ad  
nos misisti, post editum num. XXIII accep-  
timus.

CL. v. IAC. TAS., Molosme. — Poplicola eadem  
sentit, quae tu; haec tibi confirmat, dum grati-  
tas refert.

CL. v. V. HERT., Mendhusii. — Mitte, et vi-  
debitur.

CL. v. AM. ROB., Marieville in Canada. —  
Clarissimus ille vir longum per Europam  
iter suscepit; mitte igitur litteras ad nos, qui  
profecto curabimus ut ille habeat.

ASSIDUUM LECTOREM EX HUNGARIA volumus  
certiorem Mariani Armellini alia scripta non-  
dum praelo tradita nos his diebus acquisuisse,  
quae proxime vulgabimus.

A SECRETIS.

Desclée, Lefebvre & Soc.  
ROMAE - Via S. Chiara, 20-21 - ROMAE  
*Nuperrime ediderunt VOL. III operis, cui titulus:*

PRAELECTIONES  
SCHOLASTICO - DOGMATICAЕ

QUAS HABEBAT

CAMILLUS CARDINALIS MAZZELLA

TRACTATIBUS QUI DEERANT LOCUPLETATAE  
ATQUE IN COMPENDIUM REDACTAE

AUCTORE

HORATIO MAZZELLA

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORE, ARCHIEPISCOPO ROSSANEN.

Tria volumina in-8 veneunt Libell. 15.

CONSTITUTIONES LEONIS XIII  
SUPER  
IUBILEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS  
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

T. G. Fratrum PARISI  
CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM  
PRAEMIIIS INSIGNE  
AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium  
recognitionibus publi-  
ce habitis maxima re-  
lata munera.

LEO PP. XIII  
honores addidit

Lateranensi Archi-  
basilicae, itemque Va-  
ticanae, quoties de Bea-  
tificatione aut de Cano-  
nizatione solemne sit,  
suppediat.



Praecipua Templa  
cereis instruit ubique  
terrarum. In Asiam,  
Africanam et urbem Con-  
stantinopolim mittit  
ingenia rerum huius-  
modi pondera, pretio  
francs 190 pro singulis  
100 Chilogramm.

Si vero ab America  
aut ab Australia petan-  
tur onera (300 Chilo-  
gramm. ad minimum),  
pretium erit francs 225  
pro 100 Chilogramm.

Nullo impedio iubentiam  
res in proximiorem a petentibus designatum portum defertur

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Cuivis querenti explicatio erit uberior.

VOX URBIS  
DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS  
ROMAE - Via Alessandrina, 87

Prospectus Subnotationis ann. MCMI  
(Vid. in secunda operculi pagina).

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

Il Gianicolo luogo della crocifissione di S. Pietro. - Gli itinerari e la tradizione. - Osservazioni di Mons. G. B. LUGARI. - Romae, ex off. Perseverantiae, 1900.

E. SIENKIEWICZ. Quo vadis? Nuova traduzione, ad uso della gioventù e delle famiglie, del Prof. ENRICO SALVADORI con Introduzione storico archeologica del Prof. ORAZIO MARUCCHI e con una pianta topografica di Roma ai tempi di Nerone. - Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1901.

Versioni e letture latine destinate alle classi ginnasiali a cura di GIOVANNI DECIA. - Florentiae, edid. R. Bemporad et F., 1900.

C. STEGMANN. - Grammatica della lingua latina tradotta e ridotta per le scuole italiane sulla settima edizione tedesca con il consenso dell'autore da G. DECIA e G. RIGUTINI. - Florentiae, edid. R. Bemporad et F., 1900.

Dott. ROSARIO SPINA. Origine sociale del delitto. - Romae, ex off. vulgo dell' Unione Cooperativa Editrice, 1900.

— La criminalità a Roma e nel Lazio. - Augustae Taurinorum, ex off. M. Artale, 1900.

CARLO PASCAL. Studi sugli scrittori latini. - Augustae Taurinorum ex off. H. Loescher, 1900.

Foglie sparse. Raccolta di bozzetti, novelle, racconti dilettevoli e morali, ad uso della gioventù. - Romae ed. Desclée, Lefebvre et Soc., 1900.